

Rationes ex scripturis, et Apostolicis Traditionibus depromptae ad demonstrandum potestatem iurisdictionis Ecclesiasticae a Deo proprie, et uere, et immediati proficisci per Pontificem Episcopum Episcoporum, et B. Petri Principis Apostolorum Successorem

(54)

1 Si quia Aaron erat mediator sermonis Moysis apud Pharaonem, ut dicit scriptura, et Ap. doctrina, sermo Aaronis sermo Dei erat proprie, et uere, Ergo cum Pontifex in ordinatione Episcopi dicit, Accipe Euangelium, et uade praedica populo tibi commisso, quod ad potestatem iurisdictionis pertinet, cum hoc inquam, dicit, factus mediator Christi, qui dixit per B. Petrum, pasce gregem, qui in uobis est. consequens est, ut sermo similiter Pontificis sit sermo Christi, Christus ergo est, qui proprie dat potestatem iurisdictionis Ecclesiasticae, qui uere dicit Accipe Euangelium, uade, et praedica populo tibi commisso

2 Si secundum Apostolicam traditionem, ut testatur Hier. in Epistola ad Euagrium, hoc erant in Ecclesia Episcopi, Presbyteri, et Diaconi, quod in ueteri Testamento Aaron, filij eius, et Leuitae. Aaron aut. sm., perierat secundum Legem Diuinam potestati iurisdictionis filijs suis, id est sacerdotibus, ut intelligi potest, ex Num. c. 17. Deut. 16. Eccl. 68. Ergo et in nouo Testamento etiam Episcopus secundum Legem Diuinam superior est presbyteris potestati iurisdictionis

3 Si Apostolus praecipit Timotheo Episcopo ut aduersus Presbyterum non suscipiat accusationem nisi sub duobus, aut tribus testibus, est aut. haec lex non Pontificis, sed Christi in Pauls loquentis Ergo Epus non per humanam legem, sed per Diuinam habet potestatem iurisdictionis in presbyteros, qui sunt sub eius potestate

4 Dionys. Azeop. eccl. hier. c. 5. describens, ac distinguens ordinationem Epi ab ordinatione presbyteri, ait lege Diuina tributum esse Episcopis, ut omnia sacramenta conficiant, et omnes ecc. gubernationes, suae dispositiones in suis Ecclesijs administrant,





aeque igitur proprie ex iure diuino est potestas iurisdictionis, ut ordinatum  
si quidem utrumque in eodem loco simul nihil distinguens ait Dionys. tri-  
butum esse lege diuina episcopo.

5. Si regis electio a Deo est secundum scripturam, et secundum Apostolica  
traditionem, quae est in 7. lib. Clem. Rom. quae tamen potestas, quia se-  
cularis, non per legem Evangelicam, sed per humanam tribuitur.  
Ergo multo magis, magisque proprie erit a Deo electio ad potestatem  
iurisdictionis spiritualis, quae per legem Diuinam de pascendis ouibus  
in Euangelio scriptam tribuitur.

6. Subet Constitutio Ap. ca. quae est in 7. lib. Clem. de charismatibus  
et ordinationibus, ut sicut potestates seculares non debent contemnere  
subiectos, sic neque Episcopus contemnat Presbyteros, neque Presbyteri  
laicos. hoc autem ad potestatem iurisdictionis pertinet. Talis enim potestas  
habet subiectos; quia inquit esse Christianos, in nobis utrum est  
scilicet adiuantem Deo, esse uero Apostolos, aut Episcopos non est penes  
nos, sed potius inquit penes Deum, qui charismata tribuit. Ergo  
Deus est qui dat proprie, et uere charismata potestatis iurisdictionis  
ecclesasticae; neque est in homine, ut in domino situm, dare illam, sed  
tantum ministrare, sicut ait b. Petrus, qui ministrat (inquit) tibi  
ex uirtute, quam administrat Deus

7. Traditio Ap. ca. in eodem lib. in ordinatione Ep. sic iubet precari  
ut hodie faciunt in Ecclesia orientali, Effunde ex te spiritus guber-  
natorij super hunc famulum tuum, quem ad Episcopatum tuum  
sanctum elegisti, ut eo tibi fungeretur sine uicio, et quarela, offerat  
etque tibi dona, et potestatem haberet remittendi peccata secundum  
mandatum tuum, utem constituendi clericos, et soluendi omni  
uinculum secundum potestatem, quam Apostolis dedisti. Constat  
aut



aut ad potestatem iuris dictionis pertinet potestatem subordi-  
 namentum excommunicationis, quam potestatem deus dat secundum  
 Evangelium, et Apostolicam traditionem. Ergo potestas iuris  
 dictionis ecc<sup>ca</sup> et spiritualis non ab homine, sed a Deo est. Item  
 traditio Ap<sup>ca</sup> in ordinatione presbyteri sic docet precari. Imple  
 eum spiritu gratie, et consilij, ut populum tuum adiuret, et gubernet  
 sicut Moysi iussu, eligere seniores, quos spiritu implevisti, at illis  
 dedit Deus de spiritu Moysi, sicut ait scriptura. Ergo et pres-  
 byteris cum Episcopus permittit gubernare, Deus dat de spiritu  
 Episcopi, id est de charismati potestatis iuris dictionis, quam habet  
 Episcopus, non autem dat proprie et vere ipse Episcopus

8 Item occidentalis Ecc<sup>ca</sup> sic in ordinatione Ep<sup>ca</sup> secundum Ap<sup>ca</sup> tra-  
 ditionem precatur, dicens. Dares tibi claves regni colorum, ut  
 utatur, non ut gloriatus sit, quam tribuis, et tribuas ei au-  
 thoritatem Episcopalem ad regendum Ecclesiam tuam. Illud  
 primum dicitur de potestate ordinis, hoc secundum de potestate  
 iuris dictionis, et ab utroque, ex aqua petit ordinari a Deo, ut  
 proprie, et immediate, scilicet direct per medium ministerium  
 quod quidem non prohibet, quia virtus dei, qui omnia implet  
 immediatim attingat effectum. Est igitur potestas iuris dictionis im-  
 mediata ex Deo

9 Ap<sup>ca</sup> ait, Nemo vobis sumit honorem, sed qui vocatur a Deo  
 tanquam Aaron, loquitur autem de honore sacerdotali: et potestas iuris  
 dictionis ecc<sup>ca</sup> honor est sacerdotibus, proprie, et hierarchica  
 concordans. Ergo nemo sumit eum, nisi vocetur a Deo secundu  
 legem eius. a Deo igitur vocatur proprie, et vere, et non  
 ab homine nisi tanquam a ministro, et mediatore (Brih. qui  
 in Ecc<sup>ca</sup> Arist<sup>ca</sup> legitur de potestate iuris dictionis



10. Si Schisma erat dicere, Ego sum Pauli; ego sum Apollo, quasi in nomine  
Pauli, id est in uirtute Pauli; aut in nomine Apollo baptizati essent,  
ac non potius in uirtute Christi; quae una est in omni baptismo per  
inuocationem tantum personarum diuinarum. Ergo similiter schisma est  
dicere Ego potestatem habeo iurisdictionis a Deo, ego habeo a  
Pont. quasi in nomine, siue in uirtute Pontificis, et non potius in  
uirtute Dei, qui uirtutem administrat, potestas specialis tribuatur  
et quasi Christus diuinitus sit. quare sicut Apoll. ait. quid igitur  
Apollo. quid igitur Paulus? nonne ministri eius, cui credidistis  
sive Pont. in dispensatione mysteriorum missus est mihi minister Dei  
et dispensator, ac uicarius, et mediator Christi mediatoris Dei, et  
hominum.

8  
Scribit Apoll. posuit deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Pro-  
phetas, hi sunt Episcopi, quorum est interpretatio ut de illis dicitur  
in eorum ordinatione; tertio doctores, hi sunt Presbyteri, ut de  
eis quoque dicitur in eorum ordinatione; deinde uirtutes, siue mira-  
cula facienda cum opus est, siue ad alia spiritualia, exinde gratiam  
curationum hi sunt exorcistae, qui curant energumenos, deinde  
subiungit opitulaciones, gubernaciones, quod si gubernaciones  
Ecc. et spirituales ponit deus in Ecc. est autem potestas iurisdictionis  
potestas gubernandi; ergo potestas iurisdictionis a Deo est proprie, tanquam  
charisma spiritus non autem ab hominibus

12 Item sicut illi 70. quos Dominus iussit Moysi eligere, fuerunt adui-  
tates Moysis, quibus tanquam electis per Moysen non Moyses (ut scrip-  
tura testatur, sed deus dedit de spiritu id est de charismate potestatis  
quam dederat Moysi, sic Episcopi quia a Deo per Pont. uocantur  
sunt aduicarij Pont. et Presbyteri, qui a Deo uocantur per  
epm



Episcopum ordinatorem, adiutores. *Ep.* ergo Deus dat si-  
militer Episcopis de plenitudine *Spūs*, sine potestate, quam  
dedit Pont. et similiter dat Presbyteris de potestate, quam  
dedit Episcopus. Est igitur *grās* iurisdictionis proprie a Deo

13 Ext. de aucte, et usu pallij c. ad honorem, satis significat  
textus Innoc. III. a quo assumptus est Pont. in plenitudine  
potestatis ab eo alios Epōs uocatos esse in partem sollicitu-  
dinis. sic enim ait. sane Rom. Pont. in Missarum solemnij  
pallio semper utitur, et ubiq; quoniam assumptus est, sed a  
Deo in plenitudinem potestatis, quæ per pallium signifi-  
ficatur, alij aut neg semper, neg ubiq; sed in Ecclesia  
sua in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperunt certis  
debent uti diebus, quoniam uocati sunt in partem sollicitu-  
dinis non in plenitudinem potestatis. sicut dicit Pont.  
Innoc. de Pontifice. assumptum esse nempe a Deo in pleni-  
tudinem potestatis. sic dicit ceteros Epōs uocatos esse nempe  
a Deo in partem sollicitudinis. Non. r. dicit uocatos esse  
a Pont. sed uocatos esse in partem sollicitudinis, non tñ  
plenitudinem *grās* scilicet sicut Pont. uocatus et as-  
sumptus est a Deo, sic illos uocatos esse a Deo

14 Sanctus Thomas lib 3. contra Gent. c. 70. sicut agens  
inquit, infinitum inueniatur in mediatum actuum, ita  
virtus primi agentis inuenitur immediata ad producendum  
effectum. nam virtus infimi agentis non habet q; producat  
hunc effectum ex se, sed ex uirtute superioris proximi  
et uirtus illius ex uirtute superioris, et sic uirtus su,



primi sup[er]ioris agentis movend[um] ex se productura effectus quasi causa  
 immediata sicut patet in principiis demonstrationum quorum primum est  
 immediatum. sicut ergo non est inconveniens, quod una alio producat  
 ex aliquo agente, et eius virtute, ita non est inconveniens, quod pro-  
 ducatur idem effectus ab inferiore agente et adeo licet alio, et alio  
 modo. Et rursus idem Thomas in quest. latius disputans q. viij  
 ar. 7. si inquit, consideremus sup[er]iora agentia, quodlibet agens  
 particulare est immediatum ad suum effectum. si aut consideremus  
 virtutem, qua fit actio, sic virtus superioris causa erit immedi-  
 ator effectui q[ui] virtus inferioris. Et idem in resp. ad. iii.  
 ipsa inquit natura operatio est etiam operatio virtutis divina  
 sicut operatio instrumenti est per virtutem agentis principa-  
 lis et in resp. ad. iii. tam Deus inquit, q[ui] natura immediati  
 operantur licet ordinantur secundum prius et posterius quia  
 scilicet prima et immediata causa est Deus et si haec vera  
 sunt, ut quidem sunt, repugnat rationi, et natura, quod ubi  
 dicitur potatem, iurisdictio[n]em immediatam tribui a Pont. mediate  
 vero a Deo. Nam si Deus est causa immediata actionis cuius,  
 libet rei naturalis movens, et applicans virtutem immedi-  
 atam ad agendum, quanto magis fuerit actionis rei supra  
 naturam?

A  
 Petri d. 4. Unde quisq[ue] inquit, sicut accepit gratiam in altero  
 abrum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multi-  
 formis gra[ti]e Dei, si quis loquitur tanq[ua]m sermones Dei, si  
 quis ministrat tanq[ua]m ex virtute, quam Deus administrat,  
 sive praebet. Cum igitur potas iurisdictio[n]is sp[irit]uales gra[ti]a sit  
 conseq.



consequens est iuxta sententiam S. Petri non ex virtute  
 hominis sed ex virtute Dei administrari, et præberi  
 nobis non est igitur ex Pontifice proprie potestas iuris,  
 dictationis, sed ex Deo

Applicatio ~~vero~~ ad mulierem in coniugium secundum carnem  
 fit immediate, et proprie a Deo per Legem eius quam  
 dedit Adæ, et in eo ceteris coniugibus, qui ut Patres  
 tradunt in Adam promiserunt, quod ille inquitens, Hoc  
 nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, propter  
 hoc relinquet homo patrem, et matrem, et adheret uxori  
 sua et erunt duo in carnem unam. Ergo applicatio Ep̄i  
 ad Ecclesiam in coniugium spirituale, cum sit diuinus  
 erit non minus a Deo, et secundum Leges eius illam  
 scilicet pascere oves meas. quod in Petro tanq̄ in capite  
 et origine dictum esse successoribus testantur Pres̄  
 Rursus uero applicatio ad Ecclesiam fit per collationem  
 potestatis iurisdictionis. Ergo potestas iurisdictionis  
 est a Deo immediate et proprie secundum Legem eius  
 quod si hoc coniugium spirituale ~~ad hoc~~ diuino iure  
 sanctum dissolubile est, talem soluit Deus esse na-  
 turam coniugij, quod ad edificationem ecclesie insti-  
 tuit, que aliquando postulat, ut Ep̄us ab una ecclesia  
 ad aliam transferatur, aliquando ut Ecclesia priuetur  
 illud uero secundum carnem, quod ad generationem legitimam  
 filiorum instituit, indissolubile esse uoluit



Postremo ut in ore duorum vel trium aut etiam quatuor  
 stet omne uerbum, B. Basilus in constitutionibus monasterii  
 tradit cum dicit Christus Petro pascere oues meas, Petrum  
 constituisse pastorem Ecclesie, et consequenter dedisse omni-  
 nibus pastoribus, et magistris potestatem spirituales pas-  
 cendi. Item Leo magnus sermonibus de die anniuersario sue  
 assumptionis, cum (inquit) dixit Petro. tibi dabo clauis  
 regni celorum; et quaecumque ligaueris super terram  
 erit ligatum et in celis et transiit in alios Aposto-  
 lus potestatis huius, et ad omnes Ecclesie principes  
 decreti huius constitutio commenit, sed non frustra  
 uni commendatur quod omnibus intimatur. Petro enim  
 ideo singulariter creditur quia cunctis Ecclesie rectori-  
 bus Petri forma proponitur. Item B. Ambr. in suo  
 Pastoralis, idcirco, inquit, nos, quibus in uerbis Domini  
 tradita est dispensatio, et qui gregem Christi alendum sus-  
 cepimus, et qua sequuntur. Et paulo post, uerum tam multa  
 est, si clauis illas regni celorum, quas in S. Beato Petro  
 Apostolo cunctis suscepimus sacerdotes minime deser-  
 uauere. Et paulo infra de potestate iurisdictionis  
 repetitum est (inquit) a domino petro, pascere oues  
 meas, quas oues, et quem gregem non solum tunc  
 beatus suscepit Petrus, sed nobis cum eas suscepit  
 et cum illo nos suscepimus omnes. unde regende sacer-  
 dotibus



dotibus contraduntur, et merito rectoribus suis subduntur.  
 Idem sensus Aug<sup>s</sup> in lib. de Pastoribus. loquens enim de  
 parabola boni pastoris: non ideo (inquit) modo vacantur  
 pastores, et dicitur pastor quia non inuenit dominus cui  
 comendaret oues suas. tunc aut ideo comendauit. quia  
 Petrum inuenit, immo uero et in ipso Petro unitatem  
 comendauit. multi erant Apostoli, et uni dicitur  
 pasce oues meas, omnes pastores in uno sunt, et unum  
 sunt. Hactenus Aug<sup>s</sup> Potestas ergo pascendi, ac proinde  
 iurisdictionis ab eo uere, et proprie tribuitur, a quo  
 tributa est b. Petro, et qui olim dixit ei. pasce oues  
 meas, idem dicit nunc unicuique Episcopo pastori, pasce  
 oues meas, dicit inq<sup>m</sup> per Pontificem tanq<sup>m</sup> mediatore  
 Christi, in quo tanq<sup>m</sup> in successore Petri principis Apo-  
 stolorum est plenitudo potestatis Episcopalis αὐτοκρατορίας  
 id est auctoritatis. quia nemo aliorum Episcoporum  
 nisi per eum, et sub eo a Deo accipit potestatem Episco-  
 palem ad regendam Ecclesiam, neq<sup>m</sup> sine eius auctoritate  
 et licentia quicq<sup>m</sup> hereticum facere potest. sed ut  
 illi, qui contra dicunt loqui uolunt. uocari scilicet  
 Episcopos ad potestatem iurisdictionis a Pontifice, nisiq<sup>m</sup>  
 sic scriptura, neq<sup>m</sup> Patres, neq<sup>m</sup> Synodi, neq<sup>m</sup> ipsi Ponti-  
 fices loquuti sunt, sed potius profana uerborum  
 nouitas est ab scripturis, et Apostolicis traditionib<sup>us</sup>  
 aliena; aut doceant ipsi contrarium, et coarguant nos



si possunt, uel potius arguant Apostolicum, qui dixit  
nemo sibi sumit honorem, sed qui uocatur a Deo  
lang Aaron.

comendat omnes res, tunc autem ideo commendat quia  
Petrum inuenit, tunc uero et in ipso Petro commendat  
commendat. multa enim sunt Agabus, et non dicitur  
patre omnes res, omnes a patre in uero sunt, et inuenit  
sunt. Hactenus Aug. Petrus ego petrus, et primum  
uindictam ad eo uere, et propter uindictam, a quo  
inducta est de Petro, et qui omnia dixit et patre omni  
mea, idem de eo non uindictam, Chicago patre, patre  
omni mea, dicit magis per Petrum tantum mediator  
Crisp, in quo tantum in successore Petri, primum Apo  
Petrum est Petrus, Petrus Petrus Petrus Petrus  
et est auctoritate, quia non alium Petrum  
magis per eum, et sub eo a Deo accepit Petrum Petrus  
patrem ad operandum Petrum, magis tunc cum auctoritate  
et ueritate quia Petrus Petrus Petrus Petrus  
de quo contra dicitur Petrus Petrus Petrus Petrus  
Petrus ad Petrum Petrus Petrus Petrus Petrus  
et Petrus, magis Petrus, magis Petrus, magis  
fieri Petrus sunt, sed Petrus Petrus Petrus  
natura est ad Petrus, et Agabus Petrus Petrus  
aliter; aut dicitur per Petrus, et Petrus Petrus